nis eius nõ eſſet, nuſquã eccleſia eius ſubſiſteret, odit ſpũs ſanctus, qui in Pſalmo loquitur:
Memẽto dñe filiorũ Edom in die Hieruſalẽ, qui dicũt: exinanite, exinanite uſq; ad funda- Pſal. 136.
mentũ in ea. Hieruſalẽ uniuerſitas eorũ eſt, q uenturũ Chriſtũ expectauerũt, & qui ueni-
entẽ ſuſceperũt, & ſuſcipiũt. Filij Edom, id eſt, filij terrenitatis, uniuerſi ſunt uel fuerunt, q Filij Edom.
illos pſequũtur uel perſequuti ſunt, & exinanitio, quam dicũt: Exinanite exinanite uſq; ad
fundamentũ in ea, iſta cõſummatio eſt, quã, ut propheta iſte ſubrogat, dñs nõ fecit, neq; fa
ciet. ¶ Num parua eſt iſta cõſolatio, quã dicit. Non cõſurget duplex tribulatio? Oẽs q pie Nõ cõſurget duplex tribulatio.
uiuere uoluerũt & uolũt in Chr̃o, ſiue in deo, pſecutionẽ patiũtur & paſſi ſunt, ut ſuo tem-
pore Ezechias, qñ Aſſyrij ſuper Iudam & Hieruſalẽ inundauerũt, ut ſuo tempore Dani- I. Timo. 2.
el & ſocij eius, ſuo tempore Machabæi, ſuo tẽpore omnes Chriſtiani uel catholici, quorũ
multæ tribulationes in hac uita fuerũt uel ſunt, & hæc eſt una & ſimplex tribulatio, q̃libet
longa uel multiplex unius pręſentis uitæ afflictio. Ait aũt hic: Non cõſurget duplex tribu
latio. Non igitur tribulabunt in futuro ſeculo, & ſubaudiẽdũ eſt, ubi ſine dubio tribulabũ
tur, qui tribulauerũt, uel tribulant eos. Eſto nunc ut illi qui tribulauerũt iuſtos, tribulatio-
nem nõ habuerint, uel habeant in præſenti ſeculo, quamuis multos, imò innumeros fuiſſe
nouerimus, qui poſt ppetrata in ſanctos crudelitatis ſcelera, pręſentẽ uitã cũ amara tribula
tione finientes, tranſierũt ad tribulationẽ æternã, ut Antiochus Epiphanes, ut impius He
rodes, ut Iudæi, qui Chriſtũ occiderũt, et ob hoc circũdati à Romanis duplici iuxta pphe Hier. 17. Pſalm. 62.
tã cõtritiõe cõtriti ſunt: qa ſicut in Pſalmiſta p̃dixerat, & ſecũdũ corpus traditi ſunt in ma-
nus gladij, & ſecũdũ animã partes vulpiũ ſunt. i. malignorũ ſpirituũ. Quemlibet ex impijs
eiuſmodi, q uitã pręſentẽ in pace ſua finierit, cõfer pio cuilibet, q uitã in tribulatiõe finierit, Tobiæ. 3.
q̃uis peccator fuerit, de qualiũ peccatis ſcriptũ eſt: Et omniũ pctã hoĩm in tribulatione di-
mittis. Ecce & huius ſimplex, & illius ſimplex tribulatio eſt, ſed in hoc differunt, q̃d huius
tẽporalis ſiue momẽtanea, illius aũt tribulatio ſempiterna eſt. Nũ igitur iſta conſolatio per
Naum. i. cõſolatorẽ deprõpta, parua eſt? imò magna, & letitiæ plena, ut audiẽtes dicãt iſti,
quicũq; ſunt eis beneuoli, audiẽtes inq̃, eos dicere ſiue canere: Facti ſumus ſicut conſolati, Pſalm. 125.
reſpondeãt atq; ſuccinãt: magnificauit dñs facere cũ eis. Adde, ut compaterẽtur iſta, piorũ
ſimplex tribulatio, & multorũ impiorũ duplex tribulatio, qualis fuit ſupra dictus Herodes
& oẽs q pœnã ſuſtinẽtes, & pœnitẽtiæ ſpiritũ nõ habẽtes, abierũt in locũ ſuũ, & de tẽpo
rali tormẽto ad tormẽtũ æternum. Qualis iſta cõparatio eſt? Res oĩno ſunt incõparabiles.
Dicãt ergo iſti ſuã, ipſi ſuã cõſolationẽ, admirãtes & dicere nõ deſinẽt: magnificauit dñs fa
cere nobiſcũ, facti ſumus lætãtes. Sequitur. [Quia ſicut ſpinę ſeſe inuicẽ cõplectuntur
ſic conuiuiũ eorum pariter potantium. Conſummentur quaſi ſtipula ariditate ple
na:] Paulo ante dixerat de inimicis domini loquens, & inimicos eius perſequẽtur tenebræ
& in medio ſermonis non contentus de ipſis uerba facere, repente ad eos cõuerſus, et iuſto

uehementis motu animi in eos inuectus, exclamauerat, quid cogitatis contra dominum, q̄ consummationē ipſe faciet: nō conſurget duplex tribulatio, ſubauditur, electis eius, ut ueſtrũ q̄ pluribus, nũc rurſus quaſi ſedato motu animi ad nos cõuerſus, tranquillius de ipſis, de qbus cœperat, perloquitur, cauſamq́ꝫ reddit, cur inimicos dñi tenebræ perſequãtur, cur triplex tribulatio, dũ in ſanctis denegatur, ut quoſdã impiorũ principes ſurrexiſſe uł ſurrecturos eſſe ſubaudiatur.

Spinæ ſe inuicem complectentes q̄ ſunt

Hæc (inquit) eſt cauſa, qa ſicut ſpinę ſeſe inuicē cõplectunť, ſic cõuiuiũ eorũ paritur potãtiũ. Quale eſt ubi ſpinæ ſeſe inuicē cõplectunť: Nimirũ inſuaue & intractabile, qa ſi manibus attractenť, pungũt, lacerãt, ſcindũt, & ſi iactũ intra eas ceciderit ſemē, ubi cœperit oriri, ſuffocať, ut ipſe dñs meminit: Tales fuerũt et ſunt inimici dñi. Inſuaues ſũt & intractabiles ſunt, & ſi qs eos attractare uoluerit, ſi qs inceſta eorũ opa, uel rapinas arguerit in ſermone dñi, nõ utcũqꝫ pungunt, nõ utcũqꝫ lacerãt, aut ſcindunt, ſed ferreis interdum armati aculeis ſanguinē effundũt, corpora occidũt, animas nõ poſſunt, ſed unde uiuere debent aiæ, uerbi dei ſemen creſcere nõ ſinunt. Tales fuerũt inimici dñi, ſeſe inuicē cõplectentes. i. in malũ ſemetipſis cõplacẽtes. ¶ Et notandũ quia nõ dixit ſicut ſpinæ ſeſe inuicē complectunť, ſic ipſi ſunt, ſed dixit qđ amplius eſt, ſic cõuiuiũ eorũ paritur potantiũ. Nã in conuiuiis & inter potationes abũdãtiori loquacitate ſeſe inuicē amare, & incitare cõſueuerunt ad necē ſanctoꝝ. Exẽpla q̄ ſufficere poſſunt præſtò ſunt. In cõuiuio & inter potãdũ Hero-

Mat. 14.

des & Herodias, uere ſpinæ & ſeſe inuicē cõplectẽtes male adiuncta ſaltatrice ſua Iohãnē pupugerũt, Iohãnē decollauerũt. In cõuiuio & inter potandũ Iudæoꝝ pontifices iã temulenti, utpote nocte paſchali, cohortē & miniſtros ad cõprehẽdendũ dñm noſtrum miſerũt,

Pſal. 68

unde & præſcius ſpũs eius in pſalmo cõquerens inter cætera, & in me (ait) pſallebãt qui bibebant uinũ. Et ne oĩno ſuperiora prophetaꝝ tẽpora ſermo ꝑtereat. In captiuitate Babylo-

Dan. 5.

nica, q̄ populo dei tribulatio fuit, iã temulẽtus Balthaſar ꝑcepit afferri uaſa aurea & argentea tẽpli dñi & bibebãt in eis, rex, & optimates eius, uxores eius, & cõcubinæ eius bibebant uinũ, & laudabãt deos ſuos argẽteos & aureos, æreos & ferreos, ligneosq́ꝫ & lapideos. In

1. Mach. 1.
2. Mach. 4.

tribulatiõe q̄ ſub Antiocho Machabęi tribulati ſunt, tẽplũ luxuria & comeſſatiõibus erat plenũ, & ſcortãtiũ cũ meretricib⁹, ſacratisq́ꝫ ędibus mulieres ſe ultro ingerebãt intro ferẽtes ea q̄ nõ licebãt. Recte igitur, & ut debuit, dictũ, ſic cõuiuiũ eoꝝ pariter potãtiũ. Quo tandē digna, & ipſis cõpetẽs tribulatio cõſurgere habebat: Cõſummentur ait, q̄ſi ſtipula ariditate plena. Vere digna tribulatio, ut qm̃ ſicut ſpinæ ita ſuffocauerũt, quantũ in ipſis fuit, ſemen bonũ, & oderũt frumẽti granũ, ipſi tales inueniant ut ſtipula oĩ grano uidua: conſummãtur

Ariditas in diuitiis.

igni, ut ſtipula ariditate plena ¶ Mire dictũ, ariditatę plena. Quid em̃ ē ariditas niſi uacuitas: ergo ſtipula dr̃ hic eē auaritię plena. Nõ abs re, nõ abſqꝫ ſenſus graui põdere ſic dixit, ſciens ſpũs q mũdũ arguit, diuitũ huius mũdi falſam plenitudinē uerã eē maciem, & fœni eiuſmodi uirorē (oĩs em̃ caro fœnũ) uerã eē ariditatē. Sequiť. **Ex te exibit cogitãs contra dñm maliciã, mente ꝑtractans p̄ęuaricationē.** Hic familiariter ſe accõmodat, & loquitur ad cor Hierlm̃, q̄ nõ eſt intractabilis, ut eiuſmodi ſpinæ fuerũt uel ſunt, q̄ nõ repellit arguẽtem, nec in peccatis aſſumit excuſationem, & inſinuat illi, unde uel in quo ſit iuſta circa illã ſeueritas dei, ꝑmittẽs illã tribulari, ſiue ab Aſſyriis, ſiue à Chaldęis, ſiue à qbuſcũqꝫ hoſtibus & inimicis dei. Ex te (inqt) exibit cogitãs cõtra dñm maliciã, mẽte ꝑtractãs ꝑuaricationem nõ unus quilibet hõ tantũ, ſed multitudo hoĩm ꝑuaricatoꝝ, ſicut quodã loco habemus ita

1. Macha. 1.

ſcriptũ. In dieb⁹ illis exierũt ex Iſrł uiri iniqui, & ſuaſerũt mł'tis dicẽtes: Eam⁹ et diſponam⁹ teſtamẽtũ cũ gẽtibus q̄ circa nos ſunt, qa ex q̊ receſſim⁹ ab eis, inuenerũt nos multa mala, et bonus uiſus ē ſermo in oculis eoꝝ etc̃. Hoc fuit initiũ doloꝝ, Nec uero illo tm̃pe, de q̊ hæc

Tribulationē præcedit malicia cogitationum contra dominum

ſcripta ſunt, putemus taliter accidiſſe initiũ doloꝝ, ſed in omni tribulatiõe q̄ accidit gẽti illi, ſiue eccłiæ dei, palã cõprobari ꝑt hoc fuiſſe initiũ, ꝙ ex ea exiuit cogitãs cõtra dñm maliciã mente pertractãs ꝑuaricationē. Ecce prima tribulatio, ꝙ in Aegypto extrema et miſerabili ſeruitute ſeruierũt. Nõne ꝑceſſerat eiuſmodi cauſa: Nõne ex te ô Iacob ſiue Iſrahel exiuit inimica fraternitas, ꝑuaricãs, et trãſgrediẽs ius morale, ius naturale, et cogitãs cõtra dñm maliciã, mẽte ꝑtractãs quatinus nõ fieret qđ dñs decreuerat, qđ dñs ſignificauerat, id eſt, ut fra-

Gene. 37.

tri ſuo Ioſeph nihil prodeſſent ſomnia ſua: Similiter de omni tribulatiõe, qua domus Iacob ſiue domus Iſrahel tribulata eſt, extunc uſqꝫ ad Chriſti aduentũ ſentiendum eſt, quia tribulationi

lationis hoc fuit initiũ, quod inde exiuit cogitãs cõtra dominũ maliciã, mente ꝑtractans ꝑ-
uaricationẽ. De ſingulis certa poſſemus proferre teſtimonia, niſi uitanda eſſet nimia, quæ
faſtidium ſolet parere, prolixitas. De tribulatione, qua tribulata eſt Hierl'm, ſiue Iuda circa
prophetiæ huius tẽpora. i. de eo qđ primo rex Aſſyriorũ ſuperundauit, et deinde Hieruſa-
lem obſedit, et deinde rex Babylonis ciuitatẽ obſedit, et Iudã captiuauit, non prętereundũ
qualiter ut ſic eueniret, exierit ex ea cogitãs, cõtra dñm maliciã, mente ꝑtractãs ꝑuaricatio-
nẽ. Nõne fuit hoc exire de gẽte, uel radice ſancta, qđ reges Iuda ſuſceperũt, et in tẽplo dñi 4. Reg. 21.
coluerũt Baal, et qđ poſt mortẽ Ioiade pontificis ingreſſi ſunt principes Iuda et adoraue- 2. Para. 24
rũt regẽ Ioas, et ille delinitus obſequijs eorꝫ, acquieuit eis. Et dereliquerũt (ait) templũ dñi
dei patrũ ſuorꝫ, ſeruierũtq́ꝫ lucis et ſculptilibus, et facta ẽ ira cõtra Iudã et Hierl'm, propter
hoc peccatũ. Nã et Zachariã filiũ Ioiadæ ſacerdotis interfecerũt, et non eſt recordatus rex
Ioas miſcđiæ quã fecerat Ioiada pater illius ſecũ, ſed interfecit filiũ eius. Poſt hęc Amaſias
allatos deos filiorꝫ Seyr ſtatuẽs ſibi deos, et adorãs eos, ꝓphetę dicẽte ſibi: cur adoras illos? 2. Para. 25.
nũ inqt, cõſiliarius regis es? Quieſce ne interficiã te. Poſt hũc Oſias, q dũ ſacerdotale uſur- 2. Para. 26
pat officiũ, lepra in frõte ꝑcuſſus ẽ, et poſt hũc Ioathan, et poſt hũc Achab q ambulauit in
uijs regũ Iſrahel, inſup & ſtatuas infudit Baalim. Poſt hũc Ezechias, quo regnãte uenerũt 4. Reg. 18.
Aſſyrij in Iudã, & ciuitatẽ obſederũt, exiuitq́ꝫ ad eos Rapſaces filiꝰ Eſaiæ ꝓphetæ, ut He-
bræi uolũt, de illo dictũ exiſtimãtes, exibit cogitãs cõtra dñm maliciã, mẽte ꝑtractãs ꝑua-
ricationẽ. Sed exile uidet', hoc ſentire de uno, de q̃ manifeſte nõ eſt ex ſcripturis cõprobatũ
cũ nota ſit malicia ſiue ꝑuaricatio regũ uel principũ ferè cunctorꝫ, qa pręter Dauid, et hũc
Ezechiã & Ioſiã oẽs peccauerũt. Igitur ad cor Hierl'm loquitur & cõſcientiã eius cõuenit,
ne neſciat uel nõ imputet ſibi cauſam tribulatiõis, quæcũq́ꝫ ſup eã cõſurrexit, ut tũc qñ ſup
eã inundauerũt Aſſyrij, ſed protinus adiũgit cõſolator et dicit. ⌊**Hęc dicit dñs: Si per-**
**fecti fuerint, & ita plures, ſic quoq́ꝫ attondẽtur & ꝑtranſibit**⌋ Dictũ utiq́ꝫ de Aſſyrijs
& de rege eorꝫ Sennacherib qđ futurꝫ eſſet, & ita factũ eſt, qa facile crines forpice ſuccidũ-
tur, tã facile nocte una ſuccidẽte angelo dñi, ſucciſa ſunt Aſſyriorꝫ cẽtũ octoginta quinq́ꝫ
milia, & Sẽnacherib mane ſurgẽs tãta multitudine proſtrata, uelut attõſus & abraſus egreſ-
ſus ẽ & abijt recepto ſicut egerat, qa ꝑmittente iuſto iudice deo, Iudã ipſe raſerat. i. aſcẽderat 4. Reg. 19.
ſuper oẽs ciuitates Iuda munitas, & ceperat eas. Hinc illud erat dictũ cõtra Achab. In die Eſai. 7.
illa radet dñs nouacula cõducta in his q trans flumen ſunt in rege Aſſyriorꝫ, caput & pilos
pedũ & barbã uniuerſam. Quãdiu ſtetit Hierl'm & tẽplũ quãtacũq́ꝫ uaſtauerint in circuitu
Aſſyrij, uelut q̃dã raſura fuit, ubi aũt ipſa ciuitas exuſta & tẽplũ ſuccẽſũ fuit Chaldaico igni
plus q̃ raſura fuit, ut cõgrue per Ezechielem ita prędicta ſint ſub nomine Oolibæ meretri- Ezechi. 23.
cis. Naſum tuũ & aures præcident, & qui remanſerint gladio cõcident. Quid aũt ſibi vult
qđ ita præmiſit, ſi perfecti fuerint, & ita plures, & tũc demũ ſubiũxit, ſic quoq́ꝫ attondẽtur,
& pertranſibit. ¶ Quæ eſt illa perfectio quę Aſſyrijs cæteriſve hoĩbus, & ſi adeſſe potuit, Qualis ꝑfectio Aſſyriorum.
prodeſſe nõ potuit? Poteſt quidẽ ſic intelligi, ac ſi diceret, etiã ſi ꝑfecte robuſti uel in robo-
re ꝑfecti fuerint Aſſyrij, & fortitudo eorũ cunctarũ gentiũ nũero aucta fuerit. Verũtamẽ
quoniã ita dixerat ad Hierl'm: Ex te exibit cogitãs cõtra dñm maliciã, mẽte ꝑtractans ꝑua-
ricationẽ, per qđ magna imperfectio iuſtitiæ ſuæ demõſtratur ipſi Hierl'm, nõ abſurde in-
telligimus, in eo quod ait, ſi ꝑfecti fuerint, quãdã Aſſyriorũ putatiuæ iuſtitiæ ꝑfectionem.
Quod nimirꝫ dictu, ſiue nouũ uideatur, ſcire debemus qđ Aſſyrij ſiue cæteri gẽtes Iudæis
inuidentes bonũ deũ, & legẽ ſanctã ſe habere dicẽtibus, q̃ties aliquã ex ipſis audiebãt mali-
tiã multũ hoſtiliter inſultabant, ſeq́ꝫ in cõparationẽ illorũ magnifice iuſtificabant, inſuper
deũ ipſorꝫ blaſphemabãt. Hinc eſt qđ apud Eſaiã legimus. Dominatores eius, ſubauditur Eſai. 52.
Hieruſalẽ, ſiue populi mei inique agũt dicit dñs, & iugiter nomẽ meũ blaſphematur in gẽ-
tibus. Et ad Dauid cũ dixiſſet, peccaui dño, qa peccauerat in Vriã æthеum, dixit Nathan. 2. Reg. 12.
Dñs quoq́ꝫ tranſtulit peccatũ tuũ, nõ morieris. Veruntñ blaſphemare feciſti inimicos dñi
propter uerbũ hoc &c. Hæc iccirco dicimus ut liquido cõſtet eccleſiã dei, tunc ita ut nunc
ſpectaculũ fuiſſe hoĩbus ſeculi, gẽteſq́ꝫ ſemp ſuã impietatẽ, clauſis imò cæcis, cultorum aũt
dei præuaricationes, patẽtibus uidiſſe oculis. Nõne hodieq́ꝫ uidemus qđ ſi quęlibet ſanctæ
profeſſionis ꝑſona, de pręuaricationis cuiuſpiã crimine diffametur, ſtatim à ſecularibus, nõ

illi tm̃ pſonæ, ſed toti profeſſioni derogat, nõ tñ uolũt, ut ſi q̃libet ex eoꝝ cõiugibus in adul
terio deprehenditur, dicamus nos tales eſſe alias oẽs, qualis illa una cõuincitur? Sed ad rẽ
redeamus. Ex te quidẽ (ait dñs) exibit, & iã dudũ exire cõſueuit cogitãs cõtra dñm malitiã,
mente ptractans præuaricationẽ, & tãta diffamabitur malicia tanta perſæpe præuaricatio
declamabitur, ut etiã dicãt, nũq̃ ſic auditũ uel uiſum fuiſſe inter gẽtes, & ut Sodoma q̃ꝗ &
Qualis iuſtitia gentiliũ. Gomorrha putẽtur fuiſte iuſtiores. ¶ Videbũtur Aſſyrij iuſti, cõparatõe tui, ut ſunt uel ui
dẽtur eẽ multi gentiles, ſecundũ quandã iuſtitiã ſeculi iuſtiores multis, q unius dei cultum
ſunt profeſſi, & in domo eius ſub lege eius educati, parentibus honorẽ deferẽdo, non occi
dendo, nõ mœchando, nõ furtũ faciendo, nõ loquẽdo contra proximũ falſum teſtimoniũ,
& multa faciẽdo quæ apud fideles illius iuſtitiæ, quæ ex deo ẽ uera, inſignia ſunt. Sed hæc
dicit dñs, qa etiã ſi fuerint Aſſyriorũ aliqui, ſecundũ hæc opa perfecti, & ita fuerint ex eis
non pauci ſed plures perfecti, ſic quoq; attondẽtur, id eſt, ſimul una nocte pcutientur, & p
4. Reg. 19. cuſſis centũ octoginta quinq; milibus, pertranſibit Sennacherib tonſus & abraſus, pertrã
ſibit (inquit) à filijs ſuis in domo dei ſui interfectus, quod utiq; pertranſire eſt, ita ut nõ inue
Duplx tribulatio re.pbis. niatur locus eius. ¶ Nec uero ſola morte corporis detonſi morientur, ſed et duplici contri
tione. i. corporis ſimul & animæ morte morientur, quantũuis perfecti, quantũuis iuſtifica
Pſalm. 83. ti in cõparatione ſanctoꝝ, qui peccatores mei ſunt. Quare? uidelicet, quia paſſer nõ inue
nit ſibi domũ, & turtur nidũ, ubi reponat pullos ſuos. i. neq; cor corũ multa ſapienter cogi
tando ſubditũ eſt deo, neq; caro illorũ bona quælibet operãdo mercedem ex deo ſperat in
futuro, ſed ſibimet uanitatẽ congregat in præſenti ſeculo. Propterea ſicut à ſapiẽte dictum
Ecci. 42. eſt, melior eſt iniquitas uiri, q̃ benefaciens mulier, et iuxta ſenſum q in hoc dicto latet, mul
Heb. 11. to melius, multo utilius eſt cũ paucis operibus habere fidem, q̃ multa facere opera, & non
habere fidẽ. Nã de fide ſcriptũ eſt, q̊d ſine illa impoſſibile eſt placere deo, de operibus aũt
quãuis et ipſa neceſſaria ſint, nuſquã ſcriptũ eſt, qd ſine illis ĩpoſſibile ſit placere deo. Sequi
tur. [Afflixi te, & non affligã te vltra.] Ac ſi dicat: Te ò Hierl'm ex qua exiuit cogitans
contra dñm malitiã, mente pertractans præuaricationẽ, impunitatẽ nõ dimiſi, ſed afflixi, &
Duplex afflictio. ſicut ſupra dictũ eſt, nõ conſurget duplex tribulatio, ita nũc dico, nõ affligam te ultra. Af
flixi te in pręſenti uita, non affligã te in futura. Magna in hoc eſt inter te & gentes, quæ ſi
ne deo ſunt, afflictionis diſtantia, qd & multi ex eis affligũtur in pręſenti ſeculo, oẽs aũt af
fligẽtur in futuro, & ibi nõ tẽporalis, ſed æterna erit afflictio. Quid ualet qd nõnulli ex eis
receperũt bona in uita ſua, & uſq; ad finẽ uitę pręſentis liceret eis explere uoluptates ſuas?
Tunc cruciabũtur, qñ tu cõſolaberis, qui ſimiliter mala recepiſti in uita tua. Sic abſq; omni
ſcrupulo recte intelligitur dictũ, afflixi te et nõ affligã te ultra, ac ſi diceret, afflixi te in pręs
ſenti, & nõ affligã te in futura uita. Sed adhuc parũ ẽ cõſolationis in hoc dicto, propter in
firmitatem illorũ, q adhuc imperfecti, & adhuc nutriendi ſunt, & ſi hæc ipſa uitæ pſentis
afflictio cõtinua ſit, cito deficiũt, & propè in deſperationẽ cadũt. Subiũgit ergo & ſupplet
qd minus erat dictũ in utroq; et ſupiori & in pſenti loco, ubi dixerat, nõ cõſurget duplex tri
bulatio, & ubi dicit, afflixi te & nõ affligã te ultra. Quid ſubiũgit, & quõ qd deerat ſupplet
4. Reg. 19. cõſolator? [Et nũc conteram virgã eius de dorſo tuo, & vincula diſrumpam.] Et
nũc inqt. i. etiã in pręſenti priuſquã uitã iſtã finias, finiet tribulatio iſta, ut uiuens in corpore
ultionẽ de inimico Sennacherib uideas, qa ponã circulũ in naribus eius, et frenum in labijs
eius, & reducã eũ in uiã p quã uenit, & amplius nõ reuertet huc. Notandũ qd uerba iſta, cõ
terã uirgã eius de dorſo tuo, & uincula dirumpã, ita ſolutionẽ ſiue liberationẽ ciuitatis Hi
eruſalẽ ſonãt, ut pariter irã ingẽtẽ, ſup hoſtẽ proprijs & ualde cõgruis uocibus ſignificent.
Nõ em̃ cõtentus fuit dicere, uirgã confringã, & uincula ſoluã, ſed uirgã (inqt) conterã &
uincula dirũpam. Maioris nanq; indignationis eſt pedibus cõterere, q̃ manibus cõfringe
re, maioris itidẽ aĩaduerſionis repente uinculũ dirũpere, q̃ paulatim uel aliqua mora diſſol
uere. Ipſe ergo modus locutiõis magnitudinẽ indicat indignationis, in eos, q poteſtate ſibi
pmiſſa in ſeruos dei pro arbitrio uel ratione archani iudicij paſcũtur eoꝝ ſupplcijs, & inſup
audẽt cõtra deũ gloriari, ut ille Aſſur ſiue Sennacherib in fortitudine, ingens, manus meæ
feci, & ĩ ſapiẽtia mea intellexi, & cætera huiuſmodi. Quid igitur per hæc dicta cõſolatoris
cõfectum eſt, niſi ut dũ audis illud ſupra dictũ ex ore arguentis, qd cogitatis cõtra dominũ,

quod con

quod conſummationē ipſe faciet, nō conſurget duplex tribulatio, iã ſcias cõclamare illi & Duplex cõſo
dicere, imò cõſurget duplex cõſolatio. ¶ Et reuera ſicut uerꝫ erat & eſt, qđ ſuper nullũ ele- latio electis.
ctorũ dei, cõſurget duplex tribulatio, ita de multis uerũ erat dicere, qa cõſurget duplex cõ-
ſolatio, qualiũ notiſſimus nobis eſt beatus Iob, cuius nouiſſimis poſt tẽptationē benedixit Iob.42.
dñs, magis q̃ principio eius, et addidit ad oĩa, quę erãt illius, duplicia, in p̄ſenti uita, ſine du-
bio recepturo multo plura, multoq́ꝫ meliora in futura uita. Verũtñ q eiuſmodi ſũt ipĩ in ta
libus cõſolari renuũt, et ſi huiuſmodi cõſolatiões affluũt, cor apponere nolũt, ut ille q dice
bat, cũ diues eſſet & potẽs, & glorioſus in terra: Renuit cõſolari anima mea. Et qm̃ ſi aliqs Pſal.76.
q̃reret, ubi uel in q̃ renuit conſolari, & in quo conſentit cõſolari anima mea, imò (inqt) res
trãſitoriæ pro conſolatione mihi ſunt, ſed memor fui dei, & delectatus ſum. De rege illius Ibidem.
tẽporis Ezechia nõ p̄tereundũ, qđ recte pro cõſolatiõe duplici recipere debuit illud, qđ ad Ezechias.
eũ dictũ eſt à dño p Eſaiã prophetã: Audiui orationē tuã, & uidi lachrymã tuã. Ecce ego Eſai.38.
adiĳciã ſup dies tuos quindecim annos, et de manu regis eruã te, & ciuitatē iſtã, & ꝓtegã te:
Nã p̄ter illã cõmunē cõſolationē, quæ illi cũ om̃ibus electis in futuro repoſita erat ſeculo,
magna in p̄ſenti fuit iſta q̃q́ꝫ cõſolatio, qđ adiecit dñs ſup dies eius quindecim annos, qa ve3
p hoc factũ ē illi, ut locũ uel nomē haberet in libro generatiõis Ieſu Chři filĳ Dauid. Non
dũ em̃ filiũ habuerat, & ad hoc reſeruatus ē, ut generaret, et ſicut dictũ ē in ſerie generatiõis
Chři, pr̃ cũ patribus reſideret. ¶ Ecõtra nõnullos fuiſſe uel eē ipiorꝫ peſſimos, ſup q̃s merito Sennacherib
cõſurgeret duplex tribulatio, iã ſupra dictũ eſt, & hic Sẽnacherib ꝓ exẽplo ſufficere p̄t, in
quē cõtinuo cõuerſus ſermo ꝓpheticus taliter inuehitur, durus utiq́ꝫ duplicis tribulationis
nũcius, ⌊ Et præcipiet cõtra te dñs, nõ ſeminabitur ex nomine tuo amplius, de do
mo dei tui diſperdã ſculptile ⁊ cõflatile, ponam ſepulchrũ tuũ, quia inhonoratus
es. ⌋ Quid em̃, uel cui præcipiet dñs cõtra te, niſi angelo percutienti, ut egreſſus pcutiat in 4.Reg.19.
caſtris tuis nocte una centũ octoginta quinq́ꝫ milia, & deinde temetipſum adorantē in tē-
plo deũ tuũ Neſrath, pcutiãt gladio filĳ tui, Adramalech, & Saraſar, ſicq́ꝫ fiat qđ dicitur:
nõ ſeminabitur ex noĩe tuo amplius. De illa tribulatione, quæ magna tibi fuit in p̄ſenti ſe-
culo, translatus es, ut tribuleris in alio ſeculo, ſepultus in inferno. ¶ Vnde & hic dictũ eſt: Sepulchrũ in
ponã ſepulchrũ tuũ, qa inhonoratus es. Quod deus ponit, ſtat immobiliter, mutari uel re- inferno.
moueri nõ poteſt. Ponit aũt ſepulchrũ tuũ, ſubauditur in inferno, ubi non ſolũ ille diues de
Euãgelio poſſidet ſepulchrũ, ſed etiã oẽs q ſimiles eius ſunt uel fuerũt, & maxĩe tu Aſſur, Lucę.16.
de q̃ apud Ezechielē ſcriptũ ē. Ibi Aſſur & oĩs multitudo eius in circuitu illius, ſepulchra Ezechi.32.
eius, & oẽs interfecti, & q ceciderunt gladio, quorum data ſunt ſepulchra in nouiſſimis la-
ci, & facta eſt multitudo eius per gyrũ ſepulchri eius, uniuerſi interfecti cadentesq́ꝫ gladio,
qui dederãt quondã formidinē in terrra uiuentiũ. Quã ob cauſam ponã illic ſepulchrũ tu-
um: Quia inhonoratus es. Inhonoratus. i. ſupbus. Supbia nãq́ꝫ inhonoratio ē, quãtũ q̃ſq́ꝫ Inhonoratus
ſuperbus, tm̃ eſt inhonoratus. Vnde idē dñs cũ dixiſſet ad Edom, contẽptibilis tu es ualde, id ē ſupbus.
ſtatim cauſam hãc ſubiũxit: Superbia cordis tui extulit te. Igitur iſte ex illis ē, ſup q̃s merito Abdiæ.1.
cõſurrexit duplex tribulatio, ſicut ecõtra Ezechias ex illis, q̃rꝫ (ut ſupra diximus) duplex eſt
cõſolatio. ¶ Quod interpoſitũ ē, de domo dei tui diſperdã ſculptile & cõflatile, deuaſtatio-
nē denũciat ſubſequuturam totius Niniue à Chaldæis ſubuertendæ. Vbi em̃ nõ parcitur Deuaſtatio
ſculptilibus & cõflatilibus. i. deorꝫ ſimulachris, q̃lia uerebãtur & colebãt tã Chaldęi q̃ Aſ Niniuæ.
ſirĳ, qualis ē caſus domorꝫ cõmuniũ, uel fori, totiusq́ꝫ ciuitatis? Vaſtata ē Niniue, dicturus
eſt hic idē poſtmodũ inſultabũ dus, et ego, dicit dñs exercituũ, reuelabo pudẽda tua in faciē
tuã, & oſtẽdã gẽtibꝰ nuditatē tuã. Quã eius nuditatē, iã hic breuiter p̄ſignat, dũ iudiciũ intē Infra.3
dit magnæ illius ſuperbiæ, de domo (inqt) dei tui diſperdã ſculptile & cõflatile, ubi cõſtat
hoĩbus nõ eſſe parcendũ, dum hoſtes nec ipſi parcũt reuerẽtiæ deorũ, clamãdo mutua co-
hortatiõe: diripite aurũ, diripite argentũ. Et recte inſultat̃ ſuperbiæ, quæ tãta fuit, ut ſuper-
biæ diaboli paſſim aſſimiletur in ſanctis ac ꝓpheticis ſcripturis. Sane ipa quidē ciuitas Ni-
niue mundus, rex aũt eius diabolus in prophetis intelligitur, propter altitudinem magnifici
cordis, & oculorꝫ eius, exẽpli grã, ut apud Ezechielē dñs loquit̃: Ecce Aſſur quaſi cedrus
in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſusq́ꝫ altitudine. Cedri nõ fuerũt
altiores illo in paradiſo dei, omne lignum paradiſi dei nõ eſt aſſimilatũ illi &c. ¶ Vnde aũt Ezech.31.

hoc memoriale Aſſur meruit, ut nomẽ eius ita frequentetur in ratiõe uel iudicio dãnationis
Cur Aſſur p diabolo ponitur. diaboli? Videlicet ex eo qđ inter cætera ſuæ tyrãnidis molimina pſumptuoſa, qbus gentes
afflixit, adiecit & illud, ut delere conaret Hierlm, ubi repoſitũ erat uerbũ promiſſiõis, & do
mũ Dauid, unde oportebat Chriſtũ naſci, ſecundũ promiſſionẽ & iuramẽtũ dñi ad ipſum
Pſal. 131 Dauid. Proinde de anguſtijs Iudææ latius ſermonẽ extẽdere cupimus, & ſic deinceps pro
phetiã pſequi, ut ea potius attẽdamus, quorũ ſimilitudinem ſiue typũ fuiſſe non dubiũ ſit, in
omnibus, quæ pro Iuda & Hieruſalem contra Niniuen propheta uaticinatur.

¶ In Naum libri primi finis.

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN NAVM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

Num. 25 HOſtes uos ſentiant Madianitæ, ait dominus ad Moſen, & percutite eos, quia
& ipſi hoſtiliter egerunt contra uos, & decepere inſidijs per idolũ Phogor &
Cozbi filiã ducis Madian ſororem ſuã. Nunquid quia de ſolis Madianitis
ſcriptũ eſt, quod cõtra eos dominus locutus ſit, & taliter præceperit, de ſolis
Madianitis putandũ eſt, quod iure ſeruos domini, ut erat Moſes, hoſtes ſen
tire debuerunt? Imò & de cunctis gentibus, quæcunq; ut Madian hoſtiliter egerunt contra
Iſrahel, hoc indubitãter ſciendũ eſt, ꝙ eis & Moſen & cunctos Moſi ſpiritũ habẽtes, ho
ſtes eſſe uoluerit, & eiuſmodi ultionẽ optare de illis, quã ipſe imperans Moſi, ulciſcere pri
Num. 31. us (ait) filios Iſrahel de Madianitis, & ſic colligeris ad populũ tuũ. Quã ob cauſam? Nõne
oẽs ſancti ſiue pfecti, q nõ aliũ, q̃ illũ habẽt ſpiritũ, quẽ & illi habebãt, iubẽtur cũ Petro re
Luc. 22 cõdere gladiũ in uaginã? Quã igitur ob cauſam ita iuſſi tũc gladij ſæuiebãt, aut ſæuire debe
bant? Nimirũ propter Chriſtũ eundẽ tũc ſæuire debebãt, propter quẽ nũc ſæuiẽtibus in nos
Chři hoſtibus, inermẽ debemus habere patientiã. Tũc eñ in periculo erat res, qa poſſibile
erat deleri gentẽ illã, de q̃ Chřs expectabaẽ naſciturus, niſi modis oĩbus defenderet cõtra gen
tes, qbus diabolus ad auferẽdã ſpem mundi, q̃ Chrũs eſt, ptinaciter utebaẽ. Nunc aũt res eã
dẽ in tuto eſt, quia Chriſtus natus eſt, & ſi tota generatiõis rectorũ arbor bona corporaliter
ſuccidaẽ, nullũ ſalutis hoĩm detrimẽtũ eſt, qa totus arboris bonæ fructus iã in cœlũ aſſum
ptus eſt. Hæc iccirco dicta, & ſæpius dicẽda, ſemṕq; memoriter tenenda ſunt, quatinus iu
ſtiſſima cognoſcaẽ melius ſanctorũ hoſtilis uehemẽtia, q & quoad poterãt cũ auxilio dei de
hoſtibus ſuis, hoſtibus dei, gẽtibus impijs, uindictã & à deo quærebãt, & manu exercebant,
& habita ſiue aſpecta ultione adhuc hoſtiliter inſultabãt, ut iſte q cõtra Aſſur, imò cõtra eã
nẽ hoĩem hoſtiliter (ut ſupra dictũ eſt) agentẽ, tã lætã cõtexit prophetiã, ut quodãmodo tri
umphalẽ pſultare uideaẽ cãtilenã, ita proſequẽs. Ecce ſuper montes pedes euangeli
zantis ⁊ annunciantis pacẽ. Celebra Iuda feſtiuitates tuas, ⁊ redde vota tua, quia
CAP. II. non adijciet vltra, vt pertranſeat in te Belial, vniuerſus interijt. Aſcendit qui diſ
pergat in facie tua, cuſtodiens obſidionẽ. Contẽplare viã, conforta lũbos, robora
virtutẽ valde, qm̃ ſicut reddidit dñs ſuperbię in Iacob, ſic reddet ſuperbię Iſrahel,
q2 vaſtatores diſſipauerũt eos, ⁊ propagines eorũ corruperũt. Hæc, & cætera q ſe
quunẽ uſq; in finẽ, magnũ gaudiũ, magnũ & triumphale reſonãt tripudiũ, & totius lætitiæ
cauſa hæc eſt, qm̃ ſicut reddidit (inquit) dñs ſuperbiæ in Iacob, ſic reddet ſupbiæ in Iſrahel.
Nõ ergo parua res eſt, q̃ ſub uerbis iſtis latet, ſicut reddidit dñs ſuperbiæ in Iacob, qm̃ tota
us cõſolationis uel gaudij cauſa ſiue materia in ipſis poſita eſt. ¶ Quid igitur eſt, uel quem ſen
Iacob & Iſrahel. ſum habet, quoniã ſicut reddidit dñs ſuperbiæ in Iacob, ſic reddet ſuperbiæ in Iſrahel? Siqui
dem & idẽ fuit pater Iacob, qui & Iſrahel, unus & idẽ populus Iacob, qui & Iſrahel. Si qui
dẽ ita dixiſſet, quoniã ſicut reddidit dñs ſuperbiæ in Iudã, ſic reddet ſuperbiæ in Iſrahel, ſen
ſus iſte abſq; impedimẽto uel ſcrupulo ſeſe accõmodaret, qđ ſicut ultus eſt dñs Iudã & Hie
ruſalẽ de rege Sennacherib, & exercitu eius, ſic ulciſcetur decẽ tribus, q̃ appellabãtur Iſra
hel.